

## Declaratio defectuum

Dñs conuerit cor eorum vt odirent popu-  
lum eius. & dolos facerent in seruos eius.  
scz in sacerdotes. **ps. ciiij.** Quos in longū  
cōpescere nequa q̄ valebimus. nisi signis  
virtutū manifestis ad benivolentiam eos  
inclinauerimus. **Nec** multum pderit/vel  
forzan ad modicū durabit inio/nisi cessent  
pmissa signa. q̄ etiā fuerunt cā saluatis. &  
sequat̄ notabilis & magna morū reforma-  
tio. **Ad hoc em̄ Re. pa.** & dñi deus om-  
nipotens/miro quodā mō cunctis prius  
inestimabili/vos diuersos quin et aduers-  
sos/ranta multitudine in vnum cōgrega-  
uit. **Ad** vos totus mūdus tanq̄ ad signū  
ducens naufragantes ad portum/respicit  
hoc ipsa ecclesia inenarrabilib⁹ lachrymis  
et gemitibus a quolibet vestrū querendo  
requirit **Job. xxi.** Quis mihi tribuat vt  
sim sicut fui in diebus adolescentie mee. qm̄  
omnipotēs erat mecū. **Tunc** em̄ oipotēs  
erat secum. qz in p̄sais patribus nullū ap-  
paruit cōtradictōis signū. **Prestolat̄** etiā  
dies adolescentie sue. vt moribus & doctri-  
nis sanctorū patrum decorata possit/vt ait  
be. **Aug.** in sermone sup cantica/exemplo  
virginis credēdo verbū diuinū concipe/et  
p̄dicando parere. rebelles q̄z & cōtradicen-  
tes vigore sue adolescentie in ruinā detru-  
de re. **Hoc** significauit virga aaron. qm̄ dñs  
precepit **Moyse Num. xviij.** **B**er inquit  
virgam aaron in tabernaculū. vt seruet̄ in  
signum rebellū filiorū isrl. **Virga** **Aaron**  
flouida & fructifera/ q̄uis nō sacris culta  
nec humefacta. virginē concipientē & pari-  
entem q̄uis virum nō cognoscentē: signat  
q̄ posita erat in signū rebellū. i. cōtradice-  
ntium & ruinā. **Et** hoc p̄pheta nūciavit do-  
mini dauid. vbi thema. **Nunquid** parum  
vobis est molestos esse hoibus. i. cōtradi-  
centes. qz molesti estis & deo meo: p̄pter  
hoc dabit dñs ipse vobis signum.

*finit.*

**Bequitur declaratio**  
compendiosa defectuum viroū ecclesiasti-  
corum.

**A**ntedicit̄ mihi ecclesia  
fundata est sup firmā pe-  
tram. flauerunt venti inū-  
pauerunt flumina. non est

passa ruinam. quō tū dicit̄ reforma-  
tōe indiget? **Aut** dic in quibus. **Sed** si in nullis  
eius p̄ribus ethrogeneis. i. in eius statib⁹/  
vel in nullis p̄ribus materialibus sine flu-  
entibus. i. singularibus suppositis hodie  
correctōe & emendatione ecclesia indiget  
quēso vbi sunt tunc p̄cedentiū patrū/sana-  
cte & rōnabiles constitutōes/innumere/in  
eorum cōalijs/vel eplis papalibus tradi-  
te: quarū obseruantia nunc oblita nēdum  
expediuit olim/ sed & magis modo fidelib⁹  
saluberrima esset & oportuna. **Et** de plu-  
ribus taceam & grandioribus. **i** **P**rimo  
vbi est q̄ eps bonus & p̄batus opere & do-  
ctrina/eligat̄/non puer/non homo ama-  
lis/spūalium ignarus. **ii** **U**bi est q̄ cleri-  
ci in duabus civitatibus/ & ecclesijs p̄ben-  
das vel p̄lationes non habeant. **iii** **U**bi  
q̄ p̄ sepultura/ confessione/ ordinatione/  
p̄mōtione/ nullo p̄textu vbi cūq; aliqui  
erigat̄ aut det̄. **iiii** **U**bi null⁹ p̄ncipū lai-  
corū capellanū habeat nisi ab ep̄o datū/ ca-  
su ab ep̄o deponendū vel corrigendū. **v**  
**U**bi nullus ep̄us aut sacerdos munibus  
p̄ribus a fauoribus p̄sonarum acceptōis  
bus p̄moueat̄. **vi** **U**bi est q̄ ep̄i extra  
dyocēsim non morēt̄. **vij** **U**bi non plu-  
res q̄ sufficiant ordinent̄. **viii** **U**bi ep̄i  
p̄i & sacerdotes spectaculis & ludis non in-  
tersint/ nec delectēt̄. **ix** **U**bi sacerdotes ni-  
hil fenosus. aut rustici mūnisterij exerceat̄.  
nec mercatores venatores aut negotiato-  
res siāt. **x** **U**bi negotia causarum festiuis  
diebus & in ecclesijs nō tractent̄. **xi** **U**bi  
est hodie ne rectores ecclesiarū in suis st̄c-  
nui sint rebus/ et in ecclesiasticis remissi/  
aut plus propria q̄ ecclesiastica iura proca-  
rent. **xii** **U**bi non liceat dominis & p̄latis  
obseruatōnibus superstitiosis gentilium  
attendere. nec diuinos consulere aut stella-  
rum cursus respicere in agendis. **xiii**  
**U**bi sunt synodi p̄uinciales s̄m patrum  
constitutiones semel vel bis in anno cele-  
brande. **xiiii** **U**bi q̄ non licet quemcūq;  
clericum vel ep̄iscopū die dominico ab-  
sentem esse. sed missarum solennijs interes-  
se ieiunium. **xv** **U**bi clerici ad matutinū  
seu vesperinum officia non venientes depo-  
nantur nisi ep̄o vel decano satisfacta  
**xvi** **U**bi non liceat clericis ante terciā ho-



ram prandere. **xxij** **Q** nullus sacerdotū  
 a quinquagesima vsq; pasca carnes come-  
 dat. **xxij** **Q** sacerdotes aduentum xpi  
 ieiunent. **xx** **Q** deria a subiectione non  
 cessent. **xx** **U**bi est hodie ne quicq; p gra-  
 dibus pro dignitatibus / p diuinis la cra-  
 mentis accipiat. **xxj** **N**e prelati mona-  
 sterijs v' ecclesijs / consanguineos suos v'  
 eis fauentes pficiant. **xxij** **Q** non ordi-  
 nentur quipiam morum caticorum seu hym-  
 norum ignari sunt. **xxij** **Q** scripturis  
 diuinis studeat episcopi & sacerdotes / ma-  
 xime monachi & religiosi. scientijs litigio-  
 sis & practicis ommissis. **xxij** **U**bi q op-  
 ssores pauperū potentes & tyrannos epi-  
 scopi arguant & corripiant. **xxv** **U**bi q  
 per annos singulos episcopi parochias su-  
 as circueant cum effectu. **xxvj** **U**t ad me-  
 sam episcopi scripture diuine legantur.  
**xxvij** **Q** episcopus angarias & impositio-  
 nes vel huiusmodi grauamina subiectis  
 non imponat. **xxvij** **Q** clericus scurri-  
 lis & verbis turpibus plenus ab officio re-  
 trahatur. **xxij** **U**bi est nunc clericorum  
 singularis decor: continēte in gestu in ves-  
 titu / victu / ritu. **xx** **U**bi ne deria cos-  
 mam barbaram venutrient. aut calciamen-  
 tar vestimenta aliter q religionem decreet  
 habeant. **xxij** **U**bi q stipendia clericor-  
 um iuxta merita distribuant psonarum.  
**xxij** **Q** deria nuptialia vitent conuiuina  
**xxij** **Q** deria tabernas non ingrediant  
 nec in eis dominetur crapula & ebrietas.  
**xxij** **U**bi est illud cartaginensis concilij  
 quartū vt episcopus vilem suppellectile  
 et mensam ac vicium pauperum habeat /  
 et dignitatis sue autoritate fide & vite me-  
 ritis querat. **xxv** **Q** episcopus p reb'  
 transiit non leuiter litiget. **xxvj** **Q**  
 episcopus de loco ignobili ad nobilem p  
 ambulationem aut auariciam non transe-  
 at. **xxvij** **Q** studendū est clericis vt dis-  
 sidentes fratres magis ad pacem q ad iu-  
 diciū cohortent. **xxvij** **Q** deria p  
 plateas & ora discurrere no debent. **xxix**  
**Q** clericus quemlibet verbo erudiat & ne  
 pauperes grauent / vt paulus / artificio vi-  
 etum querat. **xl** **Q** dericus artificio vel  
 agricultura sibi victum absq; sui officij de-  
 minuto preparet. **xlj** **U**bi est q deria in

aliena ciuitate sine causa legitima nō mo-  
 rent extra pbendas vel ecclesias suas. **xlj**  
**Q** ab his qui factis diuinis inseruiūt sin-  
 gularis castitas custodiāt. **xlj** **Q** deri-  
 ci actus secularium vel pcuratores nō sus-  
 cipiant. **xlj** **Q** laici clericos actores vel  
 rectores sibi nō constituant. **xl** **U**bi est  
 hodie illud Calcedonen. cōcilij. monachi  
 tantūmodo intenti sint ieiunijs & oratio-  
 nib; in locis vbi reūciauerit seculo / nec ec-  
 clesiasticis / vel secularibus negocijs ppua  
 monasteria deserendo insistant. **Et** max-  
 ime quid opus est monachos euocari / cur-  
 inniti seculares hodie studeant in faculta-  
 tibus litium iuris sez & legum. **xlvj** **U**bi  
 est / q nō liceat epō a sua ecclesia plus trib'  
 hebdomadis abesse. **xlviij** **U**bi q derici  
 alleatores venatores &c. coione pueniunt  
**xlviij** **Q** officia ecclesiastica pecunia non  
 obtineant. vt nihil p ordinatione vel pas-  
 sio vel pastillo det aut accipiat. ca. v. eplē  
 tercię Greg. pape. Nunquid vult mō  
**B** verbum illud esse vey. sez beati Hiero  
 nymi (qō qui clericorū audierit ambe ei'  
 aures tinniant) Veteres inquit scrutans  
 scripturas inuenire nō possum scidisse eca-  
 destiam & de domo dei populos seduisse /  
 pter eos qui sacerdotes a deo positi fuerāt  
 et pphete. **Et** **Enf.** sup illud **Datib.** **xxj.**  
**Et** intravit Iesus templum / sicut dixit de  
 templo omne bonum egrediet. ita & de tem-  
 plo omne malum pcedit. **Si** enī sacerdo-  
 tium integrū fuerit tota ecclesia floret. **Si**  
 autem corruptum fuerit / omnium fides &  
 virtus marada est. sicut cum videris arbo-  
 rem pallentibus folijs / intelligas quia vici-  
 um habet in radice. sic cum videris popu-  
 lum indisciplinatum sine dubio cognosce  
 q; sacerdotium eius nō est sanum. **U**bi est  
 forte ppter hoc deuotio & obedientia infe-  
 riorum defensio militū / pax principū xpia-  
 norum / ad finē vt inter se cōcordes impu-  
 gnent scismaticos & infideles. recupando  
 regiones quas iam xpianis abstulerunt &  
 peruerterunt. **S**ed numquid hodie om-  
 nes sacerdotes domini & prelati in antedi-  
 cis & post dicendis culpabiles sunt malis  
**Abst.** Reliquit enim dominus sibi in isa-  
 rael septem milia virorū / quorū genua nō  
 sunt curuata ante baal. **ij.** **Reg.** **xx.** **ca.** **26.**



## Declaratio defectuum

**Lix** **F**terū ad quid expedit aut quid vtilitatis ecclesie confert tam magnifica pūcia pū gloria / 2 tam supflua platorū / 2 cardina lū pōpa / vt qñ se hoies esse nescire faciunt **Et** q vtiq; abominatio / q vnus tenet du centra / alter treceta bñficia ecclesiastica. **N**on ne inde cultus diuinus diminuit ecclesie depauperat / valēbus vris / 2 doctoribus pauant / fidelibus mala exempla dant. **L** **Q**uid sibi voluit / q cardinales solū deyna nato / vel qñ deyna patria fiebat. inter qñ de singulis / vt notabilibus linguis aliqui esse deberēt. nūqd apud xpm est dña / gre ci / 2 latini / 2 almani / hūpani / 2 hungari / 2 c. **Lij** **Q**uid est q hodie vnus vtnā mediocri ter docens / tenet q̄ttuor / quinq; vel sex vel octo bñficia. quoz vno nō est dignus. qui bus octo sustentari possent / doctrinis / ozo nibus / 2 diuinis laudibus insisteres. **A**ttē dite an potius hodie equi / canes / aues / et supflua ecclesiasticorū familia pūmonius ecclie comedere debeāt / q̄ paupes xpi / vel q̄ ad diuini cultus ampliationē / 2 p inisi deliū puerione / aut in hmoi pietatis opi bus modis cōgruis expendendū sit. **Lij** **Q**uor hodie loca diuini cultus vt mona steria / 2 venerabiliū martyru ecclie / rome / 2 alibi / ob p̄dicta / 2 ex platorū inania deserte sunt / 2 destruce. **Lij** **J**udicate etiā si in stū qñq; sit / vt exa cōes ab ep̄is clerico im poni. vt collectoribus soluat. **liij** **Q**uid ē etiā q hodie oēs mediū xpianitatis / pin guibus abūdans bñficijs tanq̄ centrū qe tis ambiūt. derelictis p̄ibus ecclie in cir cuitu / vbi impij ambulant inuisitatis / 2 a doctoribus immittēdis / 2 pmouēdis va cuis / 2 incultis. **U**bi finis ē debilis. vtus i pfecta. scismatici abūdant. infideles impu gnāt vtiq; opus eēt in lege xpi exp̄tionib; p latis / 2 doctorib; m̄gr̄is / atq; p̄bion / 2 abū dantiori militari p̄tate. **lv** **Q**uid ē q gla dius ecclie. s. ex cōicatio in sui cōceptū mō tam leniter extrahit / 2 p modica re. vt pro debitis vel hmoi tam crudeliter in paupe res extendit. **lvj** **Q**uid est q vna cā sup modica re durat tā multis annis q̄re litū plicitas pauperū spoliatrix / cōueniēti mō nō rescindit. **lvij** **Q**uare pueris iudeis de eozū bonis / misericorditer non dat vite necessitas pon? q̄ egestare cōpulsū aposta

rent / 2 xpianos impietatis arguāt. **lvij** **E**tia quare nō ordinaf / iudeos inter xpia nos morari non debere. nisi vel xpianis seruiēdo vel agros colēdo. vel in mecha nicis laborādo acquirāt. victū suū / 2 non vsurādo / eis in pctm / 2 xpianis in spolijs. **Lix** **Q**uid etiā si vult / q̄ q̄runda ecclesiasti carū cathedraliū canonici calceis rostrati / vestibus accurati / abiecto habitu clericali / 2 assumpto militari / in armis / 2 hastilis dijs se exercēt. **E**p̄iq; cappa / suppellicio / li broq; depositis / arma sumūt in campis ar mati pugnāt vt principes seculares. **lx** **Q**uid est q nō nulli plati iurisdictionē spi rituale / 2 tpale quibusdā potētibus tyran nis / 2 auaris / p certa summa locāt in gra uamen ecclie / subuersionē iusticie. / 2 oppō sionē pauperū. **lxj** **Q**uid est q hodie ep̄i abbates monachi sūt p̄ officiales / fici / q̄ xpi. totis nitibus militātes mundo. in cu rijs principū / 2 seculariū iudiciorū seu pla mentorū. **lxij** **E**cce quid sibi vult etiā q̄ modo potius oēs ep̄i plati / 2 parochiales sacerdotes p papam cōstitunt / q̄ eligant p̄sone p̄tore / 2 aptiores de patria. vt nō p̄ferant ecclesijs hoies extranei in moribus / 2 linguis / 2 cōsuetudinibus. **lxij** **Q**uid ē q hodie potētū / 2 nobilij pueri ecclesia sticis dignitatibus p̄ferunt / 2 deici famo si in vita / 2 doctrina eis subiūunt. **lxij** **Q**uid est q nunc sp̄ialium penitus igna nis. qui a puero mundane / 2 litigiose sciētie vt legum quarū studium sacerdotibus est p̄hibitum / vacauerūt. regimen ecclie po tius cōmittit. **N**unquid ecclie p mūdū gubernāda est / 2 nō potius p̄tra morē mū di / eo q̄ scriptum est nolite p̄formari huic seculo / 2 cetera multa. **lxv** **R**ursus oca los apite / 2 inquirete si que hodie claustra monialiū facta sunt q̄si p̄stibula meretrī cum. **S**i que consecrata canonicorū mona steria fiant q̄si fora / 2 diuersoria. **S**i que ca thedralis ecclie facte sunt sicut spelūcra p̄torū / 2 latronū. **lxvi** **S**cutemini si ali cubi sacerdotes in cōsuetudines dixerunt sub p̄textu ancillarum habere cōcubinas. **lxvij** **I**ndicete si tanta imaginū / 2 pictu rarū i ecclesijs varietas expedit. / 2 an p̄les simplices nonnūq; ad idolatriam puer tant. **lxvij** **A**dicete si tanta religionū nu



merofitas et varietas conueniat. **lxx** **Ex** aiare si filii gōes militares faciūt debent habere i honore sacerdotū. **lxxi** **Discutite** si expedit q̄rūdā tā larga exceptio et p̄uilegia tio atz ordinarioz coertōe sit p̄moda subductio. **lxxii** **Si** cōueniat Urbanū q̄ntū/bugidā de suetia/duce butanie/ carolū/nō obfate nimia scōz mltitudine canonizari. **lxxiii** **Si** deceat q̄rūdā nouozū sanctorū festa solenius pagi/q̄ p̄cipuozū ap̄lorū. **lxxiiii** **Si** ista sit priozes sanctorū solennes ecclesias deseri/et destrui/redditis/ a collectoribus vel cardinalibus lenatis/ et q̄n̄ q̄ post ad eozū memoriā vel q̄n̄ gloriā/ cellulas nouas edificari. **lxxv** **Rursus** pensate si equū est fatuos p̄esse/ et sapientes subesse. iuuenes dñari. senes famulari. ignozos ardua discutere. scientes loqui non audiri. equozū famulos in p̄motoribus p̄poni/ eloquiorū dei discipulos postponi. **lxxvi** **Perquire** si q̄ sc̄pture apoc̄r̄ise/ aut orōnes/ aut hymni successu t̄pis studio/ et i gr̄tia in demeritū fidei introducte sint. **Et** corrigite opinioū discordias. x̄p̄ote. de cōceptōe uirginis gloriose et cōsiliū. **Sedate** iniquas leges. consuetudines priuas emendate. **Nonne** in Saronia rep̄unt inuisse leges a theologis impuḡnate. **Et** q̄ xp̄ianozū cōsuetudo dam̄nabilior: ēē p̄t ea/ qua iam clerici et laici et p̄uicēpes vbiq̄ insaniūt sanctissimam natalis noctem celebrātes ludo tarillozū/nō contemplatōne celestiu ministeriozū. **Nonne** in liuonia cōsuetudo inoleuit/ vt nulli r̄sticorum sac̄m eucharistie det. **Nonne** ibidem rep̄it q̄ vir duas vxozes viuas habet/ et mulier plures mantos. **Quid** plura. **Ab** ep̄is ad cōcilium generale veniētibz de qualibet puincia/ de omnibus inquitte abusibus cōsuetudinibus/ et p̄uiciofis ritibus quacūq̄ occasione in ecclesijs et hoim statibus regionū diuersariū introductis/ vt sup̄ deuatiōibus p̄missis/ et cōsiliibus/ oēs ecclesie status/ vel in generali cōcilio reformatis. aut in concilijs puincialibus reformati mandetis/ vt de auctē vestra reparaē ecclesia/ et purgeē domus dei ab immūdijs vicijs et erroribus vniuersis. **Doc** autē vt diligenter fiet/ sancti priozes patres or-

dinauerunt. et ordinatōes eozum posteriores semp in concilijs cōfirmauerunt. vt. f. bis in anno in qualibet puincia celebranda esset synodus. **Quā** in canonibus teraconē. concilij. c. viij. ita dicit. **Propter** ecclesiasticas causas et altercationū solutio nes placuit p̄ singulas puincias bis in anno concilia fieri/ cōuocāte metropolitanos oēs ep̄os puinciales/ ita vt ad cōcilium p̄cedant oēs p̄sbyteri vel dyacones/ vel hi q̄ lesos se existimāt vt in cōcilio cause examinare ad iustum iudiciū p̄ducant. **Dec** ibi **Quā** cōm cap̄lm carthaginē. concilij terci dicit sili. **Placuit** vt p̄pter causas ecclesiasticas q̄ ad puincie plebes sepe inuente sunt/ singulis annis cōciliū puinciale conuocet. **Rursus** cap̄lm septimū toletani cōciliij sexti/ q̄nis inquit priozes nequa q̄ siluerunt de tanto facinore cōcilia/ nō dictabat vt ea q̄ frequenti p̄uaricatōe iterant/ frequēti snia cōdemnent. q̄nis vt scribit in eodē cōcilio/ sepe pullulantiā prauitatis germina. sanctorū sepissime patrū iusta nonerimus seueritate damnata. t̄m q̄ crebris conspiciuntur demuo vigere radicibus inficie acrisis vigore/ radicibus ea amputari sanimus. **Ceterū** cap̄lm terciū quarti concilij toletani ita loquit. **Nulla** pene disciplina mores ab ecclesia xp̄i magis expellit/ q̄ negligētia sacerdotū/ qui cōtemptis canonibus ad corrigēdos ecclesiasticos mores synodos facere negligūt. **Ob** hoc a nobis diffinitū est/ vt q̄ iuxta antiquozū patrum decreta/ bis in anno/ difficultas tēpis fieri cōciliū nō sinit/ saltē semel a vobis celebret. **Ita** t̄m vt si fidei cā est/ aut quelibet alia ecclesia cōis generalis totius hispanie et gallie synodus conuocet. **Si** vō nec de ecclesie cōi utilitate tractabit. sp̄ale erit cōciliū/ put vniuersiusq̄ puincie metropolitanus elegerit peragendum. **Dec** ibi. **Ex** quibus oibus arguit a sili/ q̄ etiaz p̄pter defectū conciliozū generaliu totius eccleie q̄ sola auct̄e intrepidie corrigere oēs ea mala q̄ vniuersale tangunt ecclesiā manentia diu in correcta crescūt/ et inuēta sūt de malo in peius donec tandē iniqua subfictō cōsuetudinis/ reputet licita. **His** itaq̄ pactis vt in illo sit nostrū explicuisse/ a q̄ nobis fuit inchoasse. inuisibilis omni-



## Tractatus

in creatoris principis pacis implozo opē  
suffragijs/ vt meis verborū energia/ tenui-  
bus hortamētis vim tribuat effectus pop-  
tata fragilitatemq; humanā/ veritatis illu-  
stret fulgoribus/ vt intentōni pietatis se nō  
opponat p̄na cē/ ne diuine seueritatis vl-  
cio postmodū corumpiat cōtradictores/ nō  
vt recto rōnis libramine amplectētes vias  
cōsiliij pacis miscōdia p̄fluens/ par p̄petua  
et gloria suscipiat sempiterna.

**C**lemens vrbano litē q; mouerat/ ergo.  
**E**xplicit errantē cōdex vasurus in oibem.  
**C**onsilij placeat nomine epla pacis  
**S**i facit anterior torpor/ vel demus error.  
**E**t taceat lingue/ mundū transire libelle.  
**S**alma necat tale pote cōsiliū generale.  
**C**lama/ nō metue mōtes transire p̄ altos.  
**P**er siluas/ r̄ aq̄s/ valles/ lacerasq; miricas  
**N**on defers merces/ sed veri p̄mitto: es tu  
**E**t si displiceas veri q; nuncius/ ex quo  
**A**sem vir valet esse tuū/ qd si laceraris.  
**F**init epistola pacis.

## De eodem scismate

alij tractatus eiusdem.

**I**nquisitione veritatis tan-  
gentis primū scisma/ r̄ statu  
eius/ optet nō cē monoculū. sic  
q; tū vno oculo ad rem ipsam  
attēdamus qd sit/ dum illa tū  
modo q; p̄ p̄ntia faciūt aspiciamus. et ad-  
uersus rōnes videre negligimus. Et quia  
multi/ vt suppono/ offerēt oculis videre o-  
lentū/ rōnes/ q; faciunt p̄ sua opinione/ in  
matena q; nunc ventilat. s. de subtractōne  
obedientie a dño nro in toto vel in pte. de  
creui quedā s̄lir in aspectu adducere/ in op-  
positū faciētia. **P**rimo notet q; r̄ q̄lis p-  
sona r̄ cuius fama r̄ status nunc tractat/ r̄  
quibus p̄uilegijs/ qua dignitate/ r̄ supio-  
ritate/ dotatus est. **I**dcirco sūme cauendū  
est ne qd temere aut incōsiderate aut p̄cipi-  
tanter fiat. **S**ecō notet q; obtulit semp  
r̄ publice in p̄mo p̄sistorio/ q; vix habebat  
p̄mitudinē animi ad mortē p̄ oib; su-  
stinendā/ anteq; nō fieret vniō ecclie. **T**er-  
cio notet q; cessio sua si nūc fieret non esset  
p̄ueniēs/ sed pessima/ nisi p̄uis ab aduersa  
pte alia sentiremus. **E**t ita nō v̄z accusari

de p̄iurio si nō cesserit vel cedat/ p̄ntialiter.  
**S**i dicat q; ne hoc petiē s; q; reddat se o-  
luntariū et p̄mptū ad cessionē. **P**rimo  
videat si iuramentū hoc importat qd vo-  
caliter nūc istud offerat. **S**ecō aduersā  
si illa oblatio de p̄mptitudine ad mortem  
satis hoc importat q; etiā patius est cedere  
anteq; nō fieret pax. **T**ercio videatur si  
possit h̄ie colorē sufficientē/ ad excusandē  
suā. q; vocaliter p̄ nunc nō offert cessionē  
impeq; sciat voluntas eorū de aduersa pte  
q; estimat forsā r̄ nō sine apparetia q; ad-  
uersarij magis foris carent vel induratē  
**E**t diceret interpretātes istā oblatiō; in ma-  
lum/ q; diffidit de iure suo/ r̄ hoc nō sine co-  
lore. **Q**uarto p̄ncipalr̄ notet q; p̄ bul-  
lam in r̄missione tertia/ offert simplr̄ et abso-  
lute/ q; vult tenere iuramentum in forma.  
**Q**uō igit̄ poterit argui de p̄iurio: **S**i  
dicat q; intelligit aliter iuramentū q; cardi-  
nales r̄ alij/ nō obstat. q; nondū vidimus  
nec venimus ad hoc/ q; cessio debeat cōple-  
ri quousq; viderimus de r̄missionibus olio-  
rum alterius obedientie. **E**t si tūc papa ve-  
lit subterfugere/ r̄ glosare et ita pax hoc  
impedire/ locum habebit interpretatio/ r̄ sue  
interpretationis si mala sit impugnatō.  
**Q**uinto notet q; p̄ nunc iū applicū q; no-  
uissime venit/ fecit multa offerre dño regi  
et alijs/ sup̄ declaratōe voluntatis sue. r̄ dis-  
ficale eēt iudicare euz/ nisi talia scirent/ q; tū  
nō est necesse reuelare vniuersitati/ vel oib;  
p̄sertim vbi negocia nō tractant ita sece-  
te/ quin facilliter sciri possint. **S**exto no-  
tet q; in quarta qōne inter illa q; ponunt  
supponit q; papa fuerit p̄stātus de non  
recedēdo a vjs suis. qd multi oīno falsuz  
estimāt imo potius offert oēm viā rōnabi-  
lem. **S**eptimo notet q; via cessionis est  
inefficax r̄ insufficiēs si alij de alia obediē-  
tia nolint illā recipere. **E**t id mirū videret q;  
ad talē viam q; ex ypothēsi possibili eēt in-  
efficax/ aliquis obligaret. **S**i dicat q;  
saltem papa teneat scdm̄ p̄parationē ani-  
mi acceptare istam viam. **N**on video qua-  
liter istud possit negari/ q; etiam teneat acce-  
ptare isto modo mortē. **S**ed q; nō habeat  
istam p̄mitudinē nō p̄t san. cum sit in  
mente. **N**ec videt q; teneat explicare voce  
vel signis exterioribus p̄ nunc/ p̄ter aliq;